

## SECOND TRACT

§2.2.0

### *Second Article of the Second Tract*

*The second article, which will enquire whether said duke by reason of his defects, is unworthy or deprived of rule of the kingdom which otherwise might well belong to him, is set down in the following conclusions. His excesses and defects are many: First, commission of lese majesté and treason. Second, homicide. Third, involvement in many crimes. Fourth, the destruction and occupation of villages, castles, and subjects, the violation of churches and properties, etc. Fifth, infamy in both legal and factual matters. Sixth, his incapacity and inability to do the things which are proper in the rule of any kingdom, deadly deeds he inflicted upon upon the kingdom, the Dauphin and royal subjects, etc. Seventh, that he forced rule upon the kingdom upon his exclusive authority by means of tyrannical and armed force. In respect to the excesses and defects of this kind, which make for a series of prefaces, I posit the following conclusions, ordered by the distinction between excesses and defects already set forth.*

§2.2.1.1

*1<sup>st</sup> conclusion, that a subject of the king who conspires in the death of the king's brother, who was his assistant and counselor in the consistary, commits not only infidelity but also the crime of lèse majesté, especially when he acts as a traitor.<sup>1</sup>*

§2.2.0

---

## SECUNDUS ARTICULUS

### Secundi Tractatus

Secundus autem articulus quo quaeritur an dictus dux propter excessus & defectus eius sit indignus aut privatus regni regimine casu quo aliter ad eum aliquatenus potuisset pertinere [36v] per conclusiones sequentes distinguetur. Excessus enim per eum commissi & defectus, in eo proponuntur esse plures. Primo enim proponitur contra eum lapsae maiestatis crimen & prodicionis. Secundo, crimina homicidiorum. Tertio implicatio scelerum plurimorum. Quarto, dissipatio, destructio & occupatio villarum, locorum, castrorum & suppositorum regni, rapina & violatio ecclesiarum & bonorum, etc. Quinto, infamia iuris & facti. Sexto, incapacitas eius & repugnantia in eo, ad ea quae regimen uniuscuiusque regni sunt opportuna, inimicitiae capitales, quibus prosequitur regnum & Dalphinum ac regni supposita, etc. Septimò, quòd se ingessit regimini regni propria auctoritate & vi tyrannica & armata. Circa autem excessus & defectus propositos huiusmodi, qui ex serie prologi colliguntur, pono conclusiones sequentes, sub ordine §2.2.1.1 praelabo distinguendo conclusiones iuxta distinctionem excessuum & defectum iam dictorum.

§2.2.1.1

Prima conclusio, quòd subditus regis perimens aut necari faciens fratrem regis sibi in consistorio assistentem & consiliarium, nedum infidelitatem sed & crimen laesae maiestatis

---

<sup>1</sup> Reference to the assassination of Louis, Duc d'Orléans, in 1407.

## SECOND TRACT

- §2.2.1.2            *2<sup>nd</sup> conclusion. That he who conspires in the death of the king's brother, etc., because of that infidelity loses all the fiefs held from the king.*
- §2.2.1.3            *3<sup>rd</sup> conclusion. A subject of the king who conspires in the death of the constable, chancellor and other royal officials commits the crime of lèse majesté.*
- §2.2.1.4            *4<sup>th</sup> conclusion. Also guilty of lèse majesté is any royal subject who threatens the security of the the king and the kingdom, be it by contriving to have armed men in the city of Paris or occupy other places and castles, or by assembling an armed force without the approval of the ruler.*

---

committit , & haec maximè ubi proditoriè haec agit. Primum probatur textualiter in c.i., §item si fratrem, cum glos. [(Papal) *Extravagantes*, 5, 1] quam ibi sequitur Ia. de Bel. [PENDING] visu in feu. qui mo. feu. amit. [Lib. *Feud.*, 1, 5]. Secundum probatur in l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. [Cod., 9, 8, 5] ubi text. quòd quisquis de nece etiam illustrium virorum qui in consistorio consilii imperatorum intersunt, aut eorum qui Imperatori militant inierit factionem aut cogitaverit crimen laesae maiestatis committit, etiam idem habetur vi, q.1, ca. quaero [Decretum, II, 6, 1, 21], pro quo c. felicis de poeni. in vi. [Lib. *Sext.*, 5, 9, 5], ubi habetur quòd verberans sequens vel percutiens cardinalem favorem ac opem exhibens, aut ratum habens, punitur sicut reus criminis laesae maiestatis, ut ibi plenè differitur.

§2.2.1.2            Secunda conclusio, quòd necans vel perimi faciens maximè proditoriè fratrem regis, etc., perdit ut infidelis omnia feuda quae à rege teneat, haec conclusio est textualis in §item si fratrem [(Papal) *Extravagantes*, 5, 1] alleg.

§2.2.1.3            Tertia conclusio, quòd subditus regis primens aut necari faciens connestabilem, cancellariumve aut alios officarios qui regi militant, consilium, auxilium opémve agentibus praestiterit, etc., crimen laesae maiestatis committit, ut dicit text. in c. quaero [Decretum, II, 6, 1, 21] & in l. quisquis [Cod., 9, 8, 5] alleg. ibi, de nece etiam illustrium, etc, & ibi eorum qui militant Imperatori, pro quo d. c. felicis [Lib. *Sext.*, 5, 9, 5], ubi loquitur de sola insecutione, captionéve aut verberatione cardinalis, ut l. 1 ad legem Iuliam. maie. [Dig., 48, 4, 1 & 3] ubi text dicit quòd is cuius opera vel consilio magistratus regni (qui imperium habet vel potestatem) occidatur, crimen laesae maiestatis committit, ut ibi in tex.

§2.2.1.4            Quarta conclusio, quòd omnis ille subditus qui adversus securitatem regis aut regni molitur, cuiúsve opera aut consilio armati homines cum telis lapidibusve sint in urbe, scilicet Parisien. vel adversus rempublicam vel ut loca aut castra occupentur, vel quòd conventus in coetus gentium fiat, vel seditio quive sine issu principis bellum gesserit, exercitum praeparaveritve aut magistratum sive potestem gesserit sine principis auctoritate, crimen laesae maiestatis committit, ut haec habentur textualiter in l. i. & iii., D. ad legem Iu. maie. [Dig., 48, 4, 1 & 3]

## SECOND TRACT

§2.2.1.5 5<sup>th</sup> conclusion. *Whoever calls himself friend of the king (or any other person) and then treats him as an enemy, inasmuch as by his giving and taking away he comes close to the dictum "Who steals from me is an enemy", or its equivalent, is a traitor to the king (or that other person)*

§2.2.1.6 6<sup>th</sup> conclusion. *Any subject who acts in a hostile fashion towards the king or the kingdom, openly or covertly, commits the crime of lèse majesté.*

§2.2.1.7 7<sup>th</sup> conclusion. *Any subject who opposes the king or his high officials, either by failing to do something required or by doing something forbidden, is a rebel and faithless.*

§2.2.1.8 8<sup>th</sup> conclusion. *Any subject who stirs up commotions against the king and his officials is faithless and a rebel.*

---

§2.2.1.5 Quinta conclusio, quòd quicumque verbo fingit se regis aut alterius amicum & opere eum tractat ut inimicum, utpote sua prodendo vel tollendo, iuxta id (quod dicitur) Qui nostra tollit inimicus est, aut alius similiter talis proditor est illi sive regi, ut l. athletas, §1, de his qui not. infa. [Dig., 3, 2, 4], l.i., de priva. [Cod., 9, 5, 1] & not. Bartolus in extrava. quoniam [(Feudal) Extravagantes, Tit. II] quarto ipse glossavit pro quoniam circumveniens alium specie boni, proditor dicitur secundum gl. xi. quaest, iii. nolite [Decretum, II, 11, 3, 22].

§2.2.1.6 Sexta conclusio, quòd cuicumque subditus qui inimicatur regno vel regi apertè vel occultè crimen committit laesae maiestatis. Probatur conclusio, quia talis se opponit adversus rempublicam & regem, ideo, etc., ut l. 1, D. ad le. Iuli. maie. [Dig., 48, 4, 1] iuncta l. quisquis, C. eod tit. [Cod., 9, 8, 5] & in extrava. quoniam [(Feudal) Extravag., Tit. 2] alleg. ex eo enim quòd quis adversatur regi vel regno informatur hoc crimen, ut dictis iuribus & in extrava. quoniam impe. qui sint rebel. [(Feudal) Extravag. Tit. 2].

§2.2.1.7 Septima conclusio, quòd quicumque sub[164]ditus regi vel eius officariis praesertim supremis resistit vel inobedit faciendo, vel in non faciendo, est rebellis & infidelis. Primum probatur per c. sanè. de offi. dele. [Decretales, I, 29, 11] & per extravagan quoniam [(Papal) Extravagantes, 5, 1] alleg., & ibi expressè pro quo c. inter. cum glo. de maio. & obe. [Decretales, I, 33, 8] Secundum probatur, quia omnis rebellis infidelis, quia à fidelitate deviat que in obedientia sisti, ut dicitur infra in prox. trac. ubi de hoc plenè dicitur, pro quo not. per gloss. in d. extravag. quoniam super ver. rebelles [(Feudal) Extravagantes. Tit. 2] & id quod dicitur quòd omnis incredulus,

§2.2.1.8 Octava conclusio, quòd quicumque subditus commotiones vel colligationes facit contra regis & suorum officiariorum voluntatem, ille infidelis est & rebellis. Probatur quia contradicit regis voluntati, igitur etc., iuxta dicta in praeced.q.& hoc sequitur glo. in d. extrava. quoniam impe. [(Feudal) Extravagantes. Tit. 2]. scilicet inobediendo, infideliter agit, Esa. 21 [Isaiah, 21,2].

## SECOND TRACT

- §2.2.1.9           9<sup>th</sup> conclusion. Any subject who contradicts, resists, rebels or disobeys the king or his officials in those things which affect the royal or public estate, or the prosperity or peace of the kingdom, commits the crime of *lèse majesté*.
- §2.2.1.10          10<sup>th</sup> conclusion. Any subject who usurps, for his own use, oaths and promises of fidelity and other things that belong exclusively to the prince and his dignity, or to the crown, commits the crime of *lèse majesté*.
- §2.2.1.11          11<sup>th</sup> conclusion. A subject who forcefully usurps rule of the kingdom, for which he is not qualified, commits the crime of *lèse majesté*; as such he is said to be a tyrant, and if he employs armed force he also commits the crime of “*vis publica*”.<sup>2</sup>

- 
- §2.2.1.9           Nona conclusio, quòd quicumque subditus qui contradicit, resistit, rebellat vel inobedit regi vel eius officariis in his quae statum regis vel reipublicae, sive regni prospere[37r]ritatem aut pacem contingunt, committit crimen laesae Maiestatis,<sup>3</sup> ut l. i., D. ad legem Iuliam maiesta. [Dig., 48, 4, 1], sicut se directò opponere contra Deum est haeresis, pro quo extravag. ad reprimendum [(Feudal) Extravag. Tit. I] ibi ruptis fidelitatis ab eius & ibi rebellionibus, etc., quinimo de hac conclusione reputatur esse text. in extrava. quoniam impe. [(Feudal) Extravagantes. Tit. 2]
- §2.2.1.10          Decima conclusio, quòd quicumque subditus qui usurpat sibi & recipit iuramenta fidelitatisque promissiones & alia quae soli principi supremo & eius dignitati sive coronae debentur, crimen laesae maiestatis perpetrat & committit. Probatur conclusio nam de directo & tyannico modo se opponit principi & eius statui, igitur crimen praedictum committit, ut l. i. in prin. & l. ii. et l. iii. ad legem Iuliam maiesta. [Dig., 48, 4, 1-3] & pro hoc extravagan. alleg. quoniam [(Feudal) Extravagantes. Tit. II], nam ut ex dictis iuribus patet dupliciter quòd committitur hoc crimen uno modo se opponendo contra statum summi principis, alio modo contra statum & prosperitatem regni sive reipublicae, similiter dicitur in idololatria quod est crimen per quo directò quis se Deo opponit attribuendo creaturae quod creatori soli competit.
- §2.2.1.11          Undecima conclusio, quòd subditus usurpans & se intrudens regimini regni sibi non competenti committit crimen laesae maiestatis & talis tyrannus dicitur formaliter & committit

---

<sup>2</sup> *Vis publica* is a technical legal term in Roman law, designating a crime of such violence as to warrant prosecution by the state, compared with *vis privata*, which also involves the use of force but is resolved by a civil procedure between private persons.

<sup>3</sup> The publisher of Bonaud de Sauset's edition in 1526 never capitalized the word “*Maiestas*” in this fashion, but the publisher of Hotman's 1685 edition in Geneva (not by Panninger in Frankfort, as its title page says, according to the British Library notice) did so here and again in Conclusions 11 and 12, which seems to indicate the influence of the practice, from Henri II's time onwards, of attributing that title specifically to the King of France.

## SECOND TRACT

- §2.2.1.12        12<sup>th</sup> conclusion. *The subject who commits lèse majesté should suffer capital punishment and the confiscation of all his goods.*
- §2.2.1.13        13<sup>th</sup> conclusion. *By dint of his many crimes – execution of the king's brother and other officials, armed rebellion, sacking of cities, forcing vows of fidelity upon subjects of the king – the Duke of Burgundy has committed the crime of lèse majesté and is therefore rendered himself unworthy to be administrator of the kingdom.*
- §2.2.1.14        14<sup>th</sup> conclusion. *Said Duke does not escape guilt for his misdeeds by having the subjects of the king swear fidelity to him.*

---

etiam vim publicam si cum armis se intruserit. Primum probatur per l. ii. in prin. & per l. iii. circa finem, ad legem Iuliam maiestatis [Dig., 48, 4, 1 & 3]. Et hanc quaestionem ponit in tractatu de tyranno Bartholo. [PENDING]. Secundum probatur per l. iii. & per totum ad leg. Iuliam de vi publi. [Dig., 48, 6, 3]

- §2.2.1.12        Duodecima conclusio, quò incidens seu committens crimen laesae Maiesatis ultimo subdi supplicio bonis omnibus confiscatis debeat, tamen vivens omnibus oneribus & dignitatibus ac locorum & alio quolibet publico regimine est indignus, cum omnio infamia iuris & facti, & pariter eius posterì, ut haec plenè habentur in l. quisquis, ad legem Iuliam maiesta [Cod. 9, 8, 5] et vi. quaest. i., c. quaero [Decretum, II, 6, 1, 21] & apertè in c. felicis, de poenis in vi. [Lib. Sext, 5, 9, 5]
- §2.2.1.13        Tertiadecima conclusio, quò ex quo dictus dux fratrem regis illustrem ducem Aurelianen. proditoriè & pariter connestabularium, cancellarium & alios regios officarios palatinos in consilio & consistorio regis militantes perimi per insidias, vilissima & detestanda morte fecisse comperitur, atque rebellem & infidelem regi esse, atque armatos exercitus diutius in regno contra prohibitiones regis coegisse & regis subditos peremisse, castra & villas regias violenter occupasse, sacramenta fidelitatis cum subditis regiis (soli regi debita) exegisse & sibi patrari fecisse, regimen regni sibi sua temeritate per machinata commenta usurpasse & in eodem violenter se intrusisse, seditionem multarum caussam fuisse & tyranniter regnum persecutum esse, constare diciter crimen laesae maiestatis dicitur commisisse per dictas conclusiones, & quod consequenter regni Franciae & cuiuslibet locorum administratione indignissimum fuisse & incapacem esse, per l. quisquis [Cod., 9, 8, 5] & c. quaero [Decretum, II, 6, 1, 21] & c. felicis [Lib. Sext, 5, 9, 5] allega.
- §2.2.1.14        Quartadecima conclusio, quò licet in receptione & examinatione iuramentorum fidelitatis à subditis regis per dictum ducem receptorum, idem dux etiam regem adiunxerit & regimen, videlicet faciendo iurantes iurare fidelitatem regi regimenque sibi & multa nomine regis egerit, non ex hoc à crimine revelatur, nec ipse nec alii adhaerentes fidelitatemve patrantes. Probatur conclusio, nam quum fidelitatem (quae soli & insolidum regi debetur) sibi associavit ,

## SECOND TRACT

- §2.2.1.15 *Even worse, the Duke had the oath of fidelity be taken in his own name, so as to make himself ruler, or co-ruler, wishing to establish himself as head of the kingdom—or of a strange many-headed kingdom, if you will.*
- §2.2.2-3.0 *The following conclusion are advanced in respect to the second and third charges, the crimes of homicide and other infamous deeds.*
- §2.2.2-3.1 *1<sup>st</sup> conclusion. A murderer is one who, without sanction given by public officials, kills or strikes down another person.*

---

igitur infideliter egit, sicut & mulier quae cum sit tota viri alii se communicat adulterat & est in infidelis & fornicaria, igitur etc., c.vii., q. prima sicut [Decretum, II, 7, 1, 11], & sicut populus Israël (qui totus erat Roboam filii Salomonis) in partem recepit extraneum, scilicet Ieroboam illi iura regis & regni communicando, ut habetur iii. Regum ca. [4 Kings, 3, 3]. Et Ieroboam, & populum deduxit in perditionem, ut habetur in c.denique, vii., q.i. [Decretum, II, 7, 1, 9], ita hic dictus dux associando se regi in his quae soli regi debentur ea usurpare per infidelitatem & regi se opponere censetur. Propterea alicet regi fecerit sicut & sibi patrare fidelitatis iuramentum, haec fecit dissimulando suam perversam intentionem. Nam haec non debuit facere nec proprium regi sibi communicare, igitur perperam egit. Nam omne maleficium pravè praesumitur actum, ut in c. primo. de praesumptionibus [Decretales, II, 23, 1], ergo magis culpabilis, quia simulata aequitas duplex est iniquitas secundum Gregorium, & malum est peccare ex proposito, sed gravius simulare praepositum, xii. quaestione l. certè [Decretum, II, 12, 1, 18]. Et peius est peccare per hypocrisim quam manifestè de operis novi nunciatione, c. quum ex iniuncto [Decretales, V, 7, 13]. Caeterum fidelitas regi debita non debetur alteri quàm ei, nec etiam ei qui locumtenens eius est, ut l. si alium, §finali, de in ius vocando [Dig., 2, 4, 10], igitur, etc., & hoc sufficiens ad praesens, quia de hoc dicitur plenius in tractatu sequenti.

- §2.2.1.15 *Ulterius, iste dux sibi nomine proprio fecit iuramenta patrari fidelitatis, & sic (quae propria sunt coronae) sibi attribuit nomine suo proprio, & consequenter agir in seipso ea quae regis sunt, consequenter se caput & dominum regni aut condominium<sup>4</sup> se facit, ut l. iii., ad senatusconsultum Macedonianum [Cod., 4, 28, 3], volens se caput in regno constituere aut saltem suo facere capita monstruosa, iuxta [37v] c. quoniam plerisque, de offic. ordina. [Decretales, I, 31, 14], igitur infideliter<sup>†gl</sup> etc.*
- §2.2.2-3.0 *Circa secundum & tertium quibus obiiciuntur, videlicet crimina homicidiorum & aliorum scelerum implicato, ponuntur conclusiones sequentes.*
- §2.2.2-3.1 *Prima conclusio, quòd homicida est quicumque qui sine publica administratione aliquem*

---

<sup>4</sup> Jacques Bonaudi reads “condimen.”

## SECOND TRACT

§2.2.2-3.2 *2<sup>nd</sup> conclusion. Likewise considered to be a murderer is one who, lacking sanction by public officials, gives the order for a killing to be done.*

§2.2.2-3.3 *3<sup>rd</sup> conclusion. Maintaining an army of soldiers armed to kill is dishonorable, depriving one of honor, of all goods, and of holding temporal and ecclesiastical dignity.*

§2.2.2-3.4 *4<sup>th</sup> conclusion. Those who order homicide are unworthy of any public administration or dignity.*

§2.2.2-3.5 *5<sup>th</sup> conclusion. Those who commit perjury, violate public peace and do not keep sworn promises are unworthy of governing kingdoms and other forms of public rule.*

---

etiam, quantumvis criminosum, interfecerit vel concidaverit, & velut homicida debet iudicari tanto severiùs quanto non commissam à Deo potestatem usurpare non expavit, secundum August. [PENDING] Probatur conclusio ad literam xxiii., q. ult., cap. penultimo [Decretum, II, 23, 8, 32 (citing Augustine on homicide)]. [38r]

§2.2.2-3.2 Secunda conclusio, quòd etiam faciens vel mandans hominem necari non habens in hoc legitimam administrationem est homicida censendus, ut c. felicis de pe. [Lib. Sext., 5, 9, 5], nam is verè committit cuius auctoritate vel mandate delictum commissum est. Probatur c. mulieres, de sen. excom. in fi. [Decretales, V, 39, 6] & ibi concor. multae, pro quo c. periculosè, de peni. dist. 1 [Decretum, II, 33, 33 (Tractatus de poenitentia , 1, 23)], ubi dicit text quòd periculosè se decipiunt, dicentes tantùm homicidas esse qui hominem manibus occiderunt, & non eos quorum consilio, fraude & exercitatione extinguntur.

2.2.2-3.3 Tertia conclusio, quòd tenens exercitus armatorum & homicidarum ad necandos homines, etc., est indignus & ipso iure privatus omni honore, omnibus bonis & quacunque dignitate temporali & ecclesiastica, ut c. pro humani., de homicidiis [Lib. Sext., 5, 4, 1].

§2.2.2-3.4 Quarta conclusio, quòd homicidae ac mandatores (quorum auctoritate vel mandato homicidia perpetrata fuerunt) sunt indigni omni publica administratione atque dignitate, ut l. ii. ibi, scelus. de digni. lib. xii [Cod., 12, 1, 2], iuncto c. pro humani., de homici. [Lib. Ssxt., 5, 4, 1]. Hinc dicitur Proverb. xxix. [Proverbs, 29, 2]: impius sumpserit principatum & gemet populus, quia lego rugiens & ursus usurent princeps impius, Proverb. xxviii. [Proverbs, 28, 15]; & impiorum semper fraudulenta consilia, Proverb. [Proverbs, 12, 5]; & de hoc dicetur infra plenius in versi. caeterùm in conclusione iii.

§2.2.2-3.5 Quinta conclusio, quòd periurii, violentésve pacem publicam & fidem promissam non servantes slunt igniregnorum & aliarum publicarulm administrationum gubernatione, ut c. ad apostolicae, de re iud. lib. vi. [Lib. Sext., 2, 14, 2].



## SECOND TRACT

§2.2.2-3.6 *6<sup>th</sup> conclusion. Those who are involved in robbery and pillage, whether being defiled by the impieties of others or contaminating others by virtue of their own crimes and vile life, are ipso fact deprived of all governance and dignity.*

§2.2.2-3.6a *For these reasons said Duke is notoriously unworthy of all dignity, honor, and governance of the kingdom.*

§2.2.4.0 *The following conclusion are advanced in respect to the fourth charge, destruction of the kingdom and its subjects, and seizure of church property.*

---

§2.2.2-3.6 Sexta conclusio, quòd impliciti furtis & rapinis, aut aliis sceleribus maculati, aut quos crimina & vitae turpitude coinquant sunt ipso iure ab omni administratione & dignitate exuti & indigni inter plebeiorum consortia sociandi. Probatur conclusio per legem iudices & l. secunda, C. de dignitatibus, lib. xii. [Cod., 12, 1, 2], ad liberam, nam talia coinquant hominem, Matt. x. [Matthew, 15, 18] hinc dicitur. Solerter quisquis vitam suam debet metiri & mores, ne locum audeat regiminis assumere, si vitium damnabiliter regnaverit in eodem xlviij. dist., c. sicut [Decretum, I, 48, 2] qui enim in aliquo crimine detenti sunt, qui in facie nota aspersi sunt, qui scelera aliqua recommisisse confessi sunt, etc., ad dignitates aut publica regimina non sunt adittendi, li. dist. c. qui in aliquo [Decretum, I, 51, 5], quia vilissimus censendus est qui alios vult praeesse potestate nisi & eos praecedat scientia & virtute, i. q. i. vilissimus [Decretum, II, 1, 1, 45] igitur regimina publica non sunt talibus committenda, per l. iudices & l. ii. [Cod., 12, 1, 12 & 2] supra alleg. & iuxta hoc dicitur quòd tales personae sceleribus implicitae nihil aliud sunt quàm sal infatuatum ad nullum bonum utiles nisi ut eliciantur foras & conculcentur pedibus ad regimen quodcunque reprobè, ut haec habentur viii. q. i sciendum [Decretum, II, 8, 1, 9], igitur etc., de is dicitur pleniùs infra, versic. caeterùm in ii. conclusio.

§2.2.2-3.6a Quum igitur dictus dux crimina homicidiorum in fratre, connestabulariùmque & cancellarium ac alios regis palatinos & regnicolas & universaliter omnes (qui regi & dominio Dalphino obsecundant, quos Armaniacos appellabat) perimi fecisse dicatur, exercitus armatorum ad haec & alia cruenta (qui assisini possunt appella) tenens diutius infra regnum contra regem & eius unigeniti voluntatem et prohibi villas & castra regis & regni occupantes, et bona omnium regi & domino illustri Dalphino devotorum et fidelium diripuerit & violaverit quamvis iuramento firmatas & sic & aliis multifariè modis scelerib. pluribus implicitus fuerit & existat demonstratur evidenter quòd omni dignitate, honore & publicè regni & loci cuiuscunque administratione est notoriè <sup>†gl</sup>, ut etiam ex sequentibus apparebit. [38v]

§2.2.4.0 Ad quartum obiectum in quo dilapidatio, destructio regni & suppositorum, ac bonorum, ac etiam ecclesiasticarum rerum oppressio, etc., opponuntur, subiicio conclusiones sequentes.



## SECOND TRACT

§2.2.4.1 *1<sup>st</sup> conclusion. Rule of kingdoms and other polities alike are entrusted solely to prudent and virtuous men.*

§2.2.4.2 *2<sup>nd</sup> conclusion. Governance is not entrusted to those who squander or waste property of the kingdom, and positions of trust are taken from them.*

---

§2.2.4.1 Prima conclusio, quòd regimina regnorum & alia publica committenda sunt & de iure solum committuntur viris providis, virtuosis, qui affectu sinceræ dilectionis ad regnum & rem committendam sint accensi, per quos regni & rei committendæ recta gubernatio & futura reformatio speretur, & aliàs non. Probatur hæc conclusio ad literam in c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2], ibi, examinatae dilectionis, & ibi, regnum ipsum maturiùs reformaturus firma credulitate speratur. etc. Et ideo horum præmitte debita informatione, quòd regimen regni Portugaliae fuit commissum fratri regis, qui ex his fuit eidem regimini datus coadiutor, ut ibidem. Hic dicitur quòd coadiutores regere imperiti, dandi sunt viri providi & honesti, per quos res committenda utiliter gubernetur, ut habetur extra de cle. aegro, c. fi. [Lib. Sext., 3, 5, 1], q. d. quòd impiis (in quibus non est veritas, nec Deum timent) aut raptoribus regimina publica non sunt committenda, unde dicitur Exod. 18 [Exodus, 18, 21]. Provide scilicet ad populi regimen viros potentes & meuentes in quibus sit veritas & qui oderunt avaritiam, etc.

§2.2.4.2 Secunda conclusio, quòd consumptoribus & dilapidatoribus regnorum non sunt eorum regimina committenda, sed commissa sunt amovenda ab eis. Probatur, nam propter dilapidationem regiubs, regnorum administrationes & praelatis ecclesiarum regimina, et tutoribus tutelare gubernationes tolluntur, ut in c. grandi saepe alleg. [Lib. Sext., I, 8, 2], iii, q.ii, quia ea [Decretum, II, 3, 2, 9] & ibi per gloss. & de simo., licet hely. & per tuas, [Decretales, V, 3, 31 & 32] & C. de suspe. tut., l. eum [Cod., 5, 43, 7] & de offi. dele. c. venerabili [Decretales, I, 29, 37]. Et ratio horum quia regnantibus impiis ruinae sequuntur hominum, Proverb. xxviii. [Proverbs, 28, 12]. Et hæc vera non solum quando sunt dissipatores activè & dispossivè sed etiam permissivè & neglectivè, iuxta c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2] secundum gl. & c. 1 de offi. cu. [Decretales, I, 27, 1]. Hinc dicit l. quod propter negligentiam iudex ab officio removetur, ut l. si quos, C. de offi. prefe, pret. or. [Cod., 1, 26(29), 3]. facit c. ea quae de offi. archi. [Decretales, I, 22, 3], de quo per Archi in. d. c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2]. Caeterùm (ut utiliter loquamur) quandocunque aliquis est inutilis vel minus idoneus ad regnum, ad illud non est admittendus, ut patet ex iure praealleg. & ideò notantur dicitur Exo. xviii. [Exodus, 18, 21]: proinde de plebe viros prudentes atque potentes, etc., potentes scilicet prudentia, scientia & virtutibus, etc., iuxta id quod scribitur Eccles. vii. c. [Ecclesiasticus, 7, 6]: Noli fieri iudex, si non possis rumpere inequitates, quod intelligitur nedum de potentia facti sed etiam de potentia virtuosa, quae cum abest ille imputens dicitur, ut c. 1 de offi. [Decretales, I, 27, 1]. Pro quibus accedat c. alius, xv. quaest. vii. [Decretum, II, 15, 7, 3] ubi dicitur quòd Rex Franciae à regno fuit depositus pro eo, quia tante potestati erat inutilis, scilicet potentia virtuali.

## SECOND TRACT

§2.2.4.3 *3<sup>rd</sup> conclusion. The aforesaid condemnation of those who squander the property of the realm is even more stringent in respect to those who kill the populace of the realm, for persons are more precious than things.*

§2.2.4.4 *4<sup>th</sup> conclusion. Governance is not given to but more truly taken away from those who oppress widows, children, orphans, ecclesiastics, monks and other pious people.*

---

§2.2.4.3 Tertia conclusio, quòd quia propter dilapidationem bonorum nec committenda sunt dissipatoribus regimina, sed commissa removenda, multo magis consumptoribus & mactoribus personarum, id est suppositorum regni sive regnorum regimina illorum nedom interdicta, sed concessa amovenda fore, est censendum. Probatur conclusio quia si ex dissipationis bonorum ratione multò plus matationis & consumptionis personarum & suppositorum regni causa, quia personae sunt rebus potiores ac pretiosiores, ut l. sancimus, C. de sacr. ec. [*Cod.*, 1, 2, 21], nam earum causa cuncta creata fuere, ut l. in petendum, de usu. [*Non inveni*] & l. iustissimè, de aedili edic. [*Dig.*, 21, 1, 44], hinc Christus in Evan.: Nonne vos magis pluris estis quam esca, & corpus vestrum plusquam vestimentum? Mat. 6 [*Matthew*, 6, 26] & alibi, quanto magis melior homo ove. Mat. xii. [*Matthew*, 12, 12]. Ceterum regna per prius in personis consistunt, nam in multitudine populi di[39r]gnitas regis, & in paucitate populi ignominis eius, Prov. xiv. [*Proverbs*, 14, 28], de tali dilapidatione enim loquitur in Evang: Fur enim non venit, nisi ut furetur & mactet, Jo. x. [*John*, 10, 10] ideo , etc.

§2.2.4.4 Quarta conclusio, quòd oppressoribus viduarum, pupillorum, orphanorum, cclesiarum, monasteriorum & aliorum piorum publica regimina non sunt conferenda sed verius amovenda. Probatur conclusio per c. grandi [*Lib. Sext.*, I, 8, 2], ubi propterea fuit datus coadiutor regi Portugaliae & regimen illi ablatum, et ratio est quia proprium est rectori cuilibet, sive regi, perregrino, pupillo & viduae (qui faciliter à potentibus opprimuntur) praebere auxilium. Hierem. vii. [*Jeremiah*, 7] & xxii. cap. xxiii., q. v. [*Decretum*, II, 23, 5, 22], regnum & defendere ecclesias, quas Christo tuendas susceperunt, ut c. principes [*Decretum*, II, 23, 5, 19], & viduarum & pupillorum acceperunt similiter protectionem, ut c. administratores ea q. [*Decretum*, II, 23, 5, 25] si igitur haec non faciant, sed opposita peragant, contrariantur fini [furs], ad quem unum quod que subordinatur tale regimen, igitur illo regimine sunt indigni, ut l. generaliter, de episc. & cleric. [*Cod.*, 1, 3(6), 51(40)] cum simil. ubi patet quod monachi Deo non famulantes sunt indigni immunitatibus ac privilegiis propter Dei famulatum concessis eisdem, & hoc habetur expressè in c. grandi [*Lib. Sext.*, I, 8, 2], impossibile enim ac impossibile finis eorum quae sunt ad finem (quorum eadem semper est & esse debet ratio) concursum contineret & regimen curámque regni conservativam dissipatori impartiri, & agnorum lupo tradere custodiam, & esset idem quod prodigo commendate pecuniam & luxurioso virginem, catulo sanguinem iuxta illud. A iuvene cupido creditur non reddita virgo, ut l. si verò, §[si] adole. man. [*Dig.*, 17, 1, 12] & l. si quis cùm [39v] sciret pro empt. [*Dig.*, 41, 4(5), 8].

## SECOND TRACT

§2.2.4.4a *Because said Duke has committed all these evil deeds he is notoriously incapable and unworthy to govern the realm.*

§2.2.5.0 *The following conclusions are advanced in respect to the fifth charge against said Duke, the defect of infamy in law and in fact, and his incapacities.*

§2.2.5.1 *1<sup>st</sup> conclusion. Not only those who actually commit murder, but also those who order it to be done are guilty of infamy in law and in fact.*

§2.2.5.2 *2<sup>nd</sup> conclusion. Those guilty of infamy in law and in fact are excluded de iure from exercising any public administration.*

---

§2.2.4.4a Quia vero dictus dux mactari fecit & necari (ut in facto notorio ponitur) regnicolas, status utriusque infirmo vi armati & via facti seu hostili, ecclesiásque seu ecclesiasticas personas per gentes pestiferas & crudeles opprimendo, bona ecclesiastica rapiendo atque consumendo, religiosásque persona consumentes, regnum & supposita eius incendiis, rapinis, & abhorrendis consumptionibus devastantes, & regnum potissimè vero regi & illustri eius unigenito obediores, hostili more prosequen. infertur lypidè per conclusiones memoratas regni regimine illum omnino minù idoneum, sed notoriè incapacem<sup>†gl</sup> et indignum. [40r]

§2.2.5.0 Quinto loco verò, proponuntur contra dictum ducem defectus infamiae iuris & facti & incapacitates, pro quorum declaratione proponuntur conclu. subsequentes.

§2.2.5.1 Prima conclusio, quòd homicidae & his quorum mandato vel operae, homicidia committuntur ad etiam criminosi laesae maiestatis, raptores & scelerati sunt infames infamia iuris atque facti. Probatur conclusio, de crimine laesae maiestatis in l. quisquis, ad leg. Iul. Maiest. [Cod., 9, 8, 5] & in c. felicis ad literam, de pe. lib. [Lib. Sext., 5. 9, 5] & vi quaest, 1, quaero [Decretum, II, 6, 1, 21] de homicidiis notoriis maximè, & de furibus & aliis sceleratis. Probatur vi., q. i, c. omnes [Decretum, II, 6, 1, 2] etc., infames, etiam si non sint condemnati de iure canonum secundum glo. & Inn. in c. super eo de testi. [Decretales, II, 20, 13]. Et nedum sint infames infamia iuris, sed etiam facti, illa enim ex solo facto contrahitur apud bonos & graves, ut. l. ii. & l. licet, D. de obse. lib. [Dig., 37, 15, 2 & 7] & vi., q. i. sunt plurimi [Decretum, II, 6, 1, 11], haec autem pleniùs tangentur in iii. tract. in ult. art. de pe. eorum, etc., & ibi vide.

§2.2.5.2 Secunda conclusio, quod infames infamia facti<sup>†gl</sup> vel iuris [40v] sunt de iure ab omni publica administratione exclusi & indigni, ut l. i. & l. iudices, de digni. [Cod., 12, 1, 2 & 12] & l. quum praetor, §ii., de iudi. [Dig. 5, 1, 12(§2)] & l. infamia, de decur. [Cod., 10, 31, 8] & de infa. l. i. [Cod., 10, 59, 1] & de postu. l. i. [Dig., 3, 1, 1] & infamibus [Cod., 10, 59], & de reg. iur. [Dig., 50, 17] & ad l. Iul. de vi priv. [Dig., 48, 7], iii quaest. vii, infamis [Decretum, II, 3, 7, 1]. Nec tantùm ipsi, sed & liberi eorum hac infamia iuris & facti perpetuò sunt aspersi, diffidati, banniti, omnium privati successione activa & passiva, omnibus dignitatibus egentes, officiis, honoribus ac privilegiis

## SECOND TRACT

§2.2.6.0 *The following conclusions are advanced in respect to the sixth charge against said Duke, his lack of self-control, contradictions of sorts, and personal unworthiness in things requisite for anyone exercising public governance.*

§2.2.6.1 *1<sup>st</sup> conclusion. The role of a regent is that of a judge, to do justice, to free people from oppressors, and to rid the earth of murderers and those who commit sacrilege, do evil, or are impious.*

§2.2.6.2 *2<sup>nd</sup> conclusion. It befits him who is deemed worthy to rule a kingdoms that he be firm in dispensing justice, especially in respect to the impious.*

---

nudati, nulla fide aut credulitate eis ullo tempore iudicialiter aut extra iudicium adhibenda, omnibus immunitatibus, libertatibus, privilegiis, consulatibus & civitatibus cunctis quocunque nomine censeantur, omniàque quae sub nomine amissionis civitatis de iure continentur, ut urbes, universitates, oppida & supposita universa qui eiusmodi infames ope, consilio, auxilio favore, alitèrve confoverunt, omnes ipso inquam iure sunt privati, ut l. amissione, §1, de cap. diminut [Dig. 4, 5, 5]. & l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. [Cod., 9, 8, 5]. Quum autem dictus dux homicidiis, raptus, criminibusque rebellionis, notaque infidelitatio & laesae maiestatis dicatur maculatus, consequenterque infamis ipso facto bonos, et graves, ut. c. licet et l. ii. de obse. liber. [Dig. 37, 15, 7 & 2], et etiam ex quolibet crimine, secundum iura canonica, ut not. per gloss. iii, quaest. vii, c. infamis [Decretum, II, 3, 7, 1], ergo circa administrationem et regimen regni omnino minus idoneus indignus incapax.

§2.2.6.0 Caeterum sexto loco opponit contra dictum ducem incapacitas impotentia, et repugnantia quaedam et indignitas in eo omnium quae ad unumquodque publicum regni regimen sunt opportuna, cuius gratia ponuntur conclusiones sequentes.

§2.2.6.1 Prima conclusio, quod regentium regna est iudicium & iustitiam facere & liberare de manu calumniantium vi oppressos, xxiii, q. v, c. regum [Decretum, II, 23, 5, 22], homicidas, sacrilegos, maleficos & impios de terra perdere, ut d. c. regum [Decretum, II, 23, 5, 22] & c. rex. ea. q., cum concor. [Decretum, II, 23, 5, 39], iuxta illud Exod. xxii. [Exodus, 22, 18]: Maleficos non patiaris vivere, etc.

§2.2.6.2 Secunda conclusio, quod ad hoc quod aliquis sit idoneus & dignus ad regimena regnorum oportet eum esse potentem facto & virtutibus ac voluntate ad faciendum iudicium & iustitiam, maximè de sceleratis, hic dicitur Exod. xviii [Exodus, 18, 21]: Proinde de plebe viros prudentes & timentes Deum in quibus sit veritas & qui oderunt avaritiam, etc. Potentes scilicet scientia, virtute & voluntate, iuxta illud quod dicitur in Ecclesiasti: Noli quaerere fieri iudex, nisi virtute valeas rumpere iniquitates, Ecclesiastici vii. cap. [Ecclesiasticus, 7. 6].

## SECOND TRACT

§2.2.6.3 *3<sup>rd</sup> conclusion. Murders and heinous deeds that have been planned and executed deliberate actions have are portrayed as impetuous acts by individuals who are, to boot, incompetant to make judgments about punishing crimes in which they were implicated.*

---

§2.2.6.3 Tertia conclusio, quod homicidae & sceleribus maculati favoremus mandatum, operam, aut consilium in his praebentes aut conscii sunt impotentes suspecti, imò etiam non idonei et inhabiles ad faciendum iudicium de his atque puniendum homicidas & sceleratos praesertim (quorum fuerunt complices, mandatores aut fautores) necnon & ad eripiendum oppressos de manu calumniantium etc. Probatur conclusio quia ab impiis egreditur impietas, i Reg. xxiv. cap. [I Kings, 24, 14] & mandator aut fautor non improbaret mores quos corrupit, nec detestaretur quod mandavit, ut l. quum vis, D. solut. matrim. [Dig., 24, 3, 21], quomodo enim damnabit quod committendo aut praecipiendo commendavit, quodmodo repellat quod admisit, ut habetur historialiter de Iuda & Cayn, Genes. xxxviii. [Genesis, 38, ?]: Is enim qui trabem gestat in oculo, probat festucam non posse eruere de alieno, iii, q.vii infamis, in fine [Decretum, II, 3, 7, 1] et Machab. vii. cap. [Maccabees, 7, ?]: Et alibi, quomodo possetis bon loqui, quum sitis mali? malus enim de thesauro suo profert mala. Macha. xii. [Maccabees, 12, ?]: Vitium enim excludit omnem virtutem & actus virtutis, hinc dicitur. Ab immundo quis mundabitur? quasi dicat, nullus., Ecclesiastici xxxiv. [Ecclesiasticus, 34, 4]; et propterea dicitur quum enim impius suppresserit principatum, gemet populus, Proverbio xxix [Proverbs, 29, 2]; quia leo rugiens, et uursus esuriens, princeps impius, Proverb. xxviii [Proverbs, 28, 15]; quia impiorum consilia semper fraudulenta, Prover. [Proverbs, 12, 5-6], in quo enim fautor mandatorum facinatoris iudicaret; quia se ipsum condemnaret, ad Roman. ii [Romans, 2, 1]; & ibi optimè dicitur: Medice cura te ipsum, Lucem cap. iv, [Luke, 4, 23] more boni medici, iii, q. vii sacerdos [Decretum, II, 3, 7, 7], & ideò non condemnaret quod fieri iussisset, ut d. l. quum vir [Decretales, III, 31, 12], & Genesis xxviii. capit. [Genesis, 47, 30?]. Et sic patet quòd mandatores aut aliter fautores ne dum imponentes, sed & suscepti ad puniendum maleficos & scelera quae fieri mandaverunt. Secunda pars conclusionis probetur, quod videlicet sunt indigni iudicare & regere sceleribus impliciti, nam secundum Ambro. [PENDING] iudicet ille de errore alterius qui in se ipso non habet quod comdemet, & ultra, Iudicet autem ille, qui non habet ea vel similia, quae in aliis putat punienda, iii. quaest. vii. iudicet [Decretum, II, 3, 7, 4], & propterea Christus (nolens quòd criminosi maculati ad aliorum regimina & diluendas culpas prosiliant) dixit: Si quis vestrum sine peccato est, lapidem primum proliciat, ut sic non suscipiamus regiam nisi priùs immaculati iustitiam Dei impleverimus, ea q. c. postulatus [Decretum, II, 3, 7, 6], unde dicit Paulus Si aliquis vestrum praeoccupatas fuerit in aliquo delicto, vos (qui spirituales estis) iudicate, quasi dicat quòd mali non possunt nec debent iudicare, regere aut gubernare, ea q. 7 sacerdos [Decretum, II, 3, 7, 7]; & in Psal. [PENDING] peccatori dixit Deus: Quare

## SECOND TRACT

§2.2.6.4           4<sup>th</sup> conclusion. *He who has not been invested with a dignity or office cannot be looked upon as having a dignity or office.*

§2.2.6.5           5<sup>th</sup> conclusion. *The punishment and judgment of crimes committed within the jurisdiction of the king or a regent of the kingdom rests alone with the most distinguished patricians, who possess great dignity.*

---

tu enarras iustitas [41r] meas, etc. tu verò audisti disciplinam eius si videbas furem curebas cum eo, etc., & os tuum abundavit malitia, etc., c. q. d. tu non es dignus enarrare iusticias, quis disciplinam audisti & sceleribuste implicuisti, etc., et sic pater lympidè sceleribus implicitos aut fautores indignos impoten. ad faciendum iudicium & iustitiam, etc., de talius enim dicitur, si mutare potest Etiops pellem suam aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, quum didiscerit is malum? Hier. 13 [Jeremiah, 13, 23].

§2.2.6.4           Quarta conclusio, quòd cui non insunt alicuius dignitatis, rei vel officii propria, nec illi ea dignitas, res vel officum competere potest vel spectare. Probatur conclusio, nam si cui ea quae propria sunt monachalis professionis non insint, ille monachus verè non est, nec talis valet appellari, ut in c. decretis xvi., q. 1, si cupis [Decretum, II, 16, 1, 5]. & l. decernimus, de epi. & cle. [Cod., 1, 3(6), 26]; hinc dicitur: Confundit conditionem suam qui ea non facit, quae eidem conditioni conveniunt, 23, q. 5, c. si apud [Decretum, II, 23, 5, 23]. Quia igitur dicto duci non inest, sed potius (ut declaratum est), est potestate virtute & voluntate alienum iudicium, & iustitiam facere de interfecto fratre regis ac connestabularii, cancellarii & officiariorum regi militantium & aliorum, quasi in infinitorum, suppositorum regni, nec de raptoribus, praedonibus, incendiariis & aliis regni destructoribus, maximè de eis quibus opem, consilium, mandatum contulit & favorem. Sequitur ex praedictis conclusionibus evidenter dictum decem fuisse & esse minus idoneum, indignum atque impoten. opere, voluntate & virtute ad regni cuiuslibet iustitiae officium & dignitatem, & ideo repellendum, & haec de dignitatis & impotentiae obiectu, de incompatibilitate au defectu sequitur.

§2.2.6.5           Quinta conclusio, quòd patriciorum clarissimorumque illustrium, & qui magnae dignitatis existunt punitio, cognitio & coertio pro sceleribus commissis ad arbitrium regi sive regnum regentis insolidum et solum dignoscuntur<sup>5†gl</sup> pertinere, ut l. fina. C. ubi sena. vel claris. [Cod., 3, 24, 3].

---

<sup>5</sup> Jacques Bonaudi's gloss on *insolidum et solum dignoscuntur*, signaled here, begins to be printed two pages earlier; this is the most inept of the typesetter's doings in 1526.



## SECOND TRACT

§2.2.6.6 *6<sup>th</sup> conclusion. A man worthy of exercising judgment of criminals under any other authority cannot be the regent governing a kingdom.*

§2.2.6.7 *7<sup>th</sup> conclusion. Said Duke, slayer of the king's brother, the constable, the chancellor and many others, having tried and judged in a royal fashion when he was himself not capable of ruling, it follows that he cannot be regent himself or introduce someone else to be regent.*

§2.2.7.0 *The following conclusions are advanced in respect to the seventh charge against said Duke, who has shown hatred and deadly hostility towards the king, his unigenitus, and the dukes, counts, barons, prelates, clerics, burghers and other honorable subject of the kingdom who have served the king and his unigenitus faithfully.*

---

§2.2.6.6 Sexta conclusio, quòd vir illustris aut alius cuiusmodi auctoritatis (qui iudicandus est de sceleribus, criminibus & facinoribus) regnum regens & gubernans esse non potest. Probatur conclusio, nam (quum ratione delictorum subiici debeat, & per regentem regnum iudicari) praeesse non potest, nam subditur & dominus inferior & superior simul esse non potest, quia sunt relativè opposita, & ideò simul in eodem subiecto esse non possunt, ut c. fi. de insti. [*Decretales*, III, 7, 7] & l. Stichum, §aditio, D. de solu. [*Dig.*, 46, 3, 95], ubi patet quod nemo potest simul debitor & creditor esse, nec baptizans & baptizatus, ut d. debitum, de bap. [*Decretales*, II, 42, 4], nec conans & recipiens, ut c. fi. alleg. [*Decretales*, III, 7, 7] & consequenter nec iudex & iudicandus, per iura praedicta.

§2.2.6.7 Septima conclusio, quod iste dux de nece fratri regis connestabularii, cancellarii ac aliorum plurimorum necatorum, & aliis foret sic examinandus & iudicandus per regem, & illo non potente per regentem regnum, sequitur evidenter quod ipse regens regnum esse non potest, nec illius regimini se intromittere.<sup>†g</sup> Probatur conclusio ex praedictis incompatibilia enim sunt & concursus in eodem supposito impossibilis, videlicet quod regnum regeret & in praedictis regeretur, & quod ut regens iudicaret (iuxta quintam conclusionem proximè dictam) & idem ipse iudicaretur, et quod simul, semel & idem ac eodem respectu & eodem tempore esset agens et patiens, quod est impossibile propter impedimentum contrariorum, ut l. habebat, de instituo. [*Dig.*, 14, 3, 13] & l. final. D. pro suo [*Dig.*, 41, 40, 5].

§2.2.7.0 Septimo<sup>6</sup> proponuntur contra dictum ducem odia et inimicitie capitales quibus odit regem et inclytum eius unigenitus ducesque, comites, [41v] barones, prelatos, clericos, burgenses et alia honorabilis supposita regni qui fideliter regi et eius unigenito astiterant et assistunt, illorum omnium se per opera inimicum exhibendo, & econtrà illi odium eum ut eorum & regni notorium

---

<sup>6</sup> This paragraph was not initiated by a two-line rubric, the device used by the publisher to identify basic "Objections" in article two of the second tract, and the editions of the 1580s were likewise deficient.



## SECOND TRACT

§2.2.7.1 *1<sup>st</sup> conclusion. Killing the king, his brother, and royal officials who are part of his body, is a capital crime.*

§2.2.7.2 *2<sup>nd</sup> conclusion. He who wages war against the king's unigenitus, to whom rule belongs when the king is incapacitated, is an enemy of the king.*

§2.2.7.3 *3<sup>rd</sup> conclusion. He who demolishes the kingdom, lays waste to its cities and takes possession of its castles is an enemy of the king and the kingdom because those acts are detrimental to the common good.*

---

destructorem & inimicum, pro quorum declaratione pono conclusiones sequentes.

§2.2.7.1 Prima conclusio, quod interficiens sive necari faciens fratrem regis eiusve connestabularium, cancellarium aut alios officarios palatinos & collaterales, ex hoc se constituit seu declarat regis capitalem hostem & inimicum. Probatur conclusio quia talis committit crimen laesae maiestatis interficiens sibi assisten. in consistorio & officiales collaterales qui sunt pars corporis sui, & consequenter partem corporis sui offendentes ipsum regem & corpus eius offendunt, ut l. vulgari, de furtis [Dig., 47, 2, 21], et pro his text in l. quisquis, ad l. Iuliam maiestatis [Cod., 9, 8, 5], et c. quaero vi, quaest. i, [Decretum, II, 6, 1, 21] et c. felicis, de pe. [Lib. Sext., 5. 9, 5]. Et consequenter offendendo sic regem, hostem se exhibet eius, & perduellio dicitur, ut legitur & probatur in l. finali, §penultimo, ad legem Iuliam maiest. [Cod., 9, 8, 7 or Dig. 48, 4, 11], et l. quos nos., de verb signif. [Dig., 50, 16, 234], iuncta l. quisquis, ad legem Iuliam maiest. [Cod., 9, 8, 5] & quod legitur Instit. de succ. ab intest., §per contrarium [Inst., III, 1, §5].

§2.2.7.2 Secunda conclusio, quod guerram faciens regis unigenito, maximè cui regimen (ut supradictum est) regni competit, regere rege impedito est hostis regis. Probatur conclusio, quia etiam rege vivente filius eius praedictus est rex iuvenis, xxiv., q.i, c. ult. [Decretum, II, 24, 1, 42] & sic sibi regi guerram facit. Praeterea, qui filium odit & patrem odit, quum unum sint, ut l. finali, de impuber. [Cod., 6. 26, 11] & aliis substit. Hinc in Evangelio loquitur veritas: Qui me odit, & patrem meum odit, Ioan. 15 [John, 15, 23]; & qui non honorificat filium non honorificat patrem, Ioan. c. 5 [John, 5, 23]. Et consequenter sequitur quod sit inimicus patris regis & filii eius, & perduellio, ut l. per nos [Dig., 50, 16, 234] & l. fina. [Cod. 9, 8, 7 or Dig. 48. 4. 1] & l. quisquis [Cod., 9, 8, 5] alleg. in praecedent. Confirmatur, nam qui inobediens est & incredulus filio non videbit vitam sed ira Dei patris manet super eum, Ioan. 3 capite [John, 3, 36].

§2.2.7.3 Tertia conclusio, quod dilapidator regni & depopulator villarum & castrorum regionum occupator est regis & regni hostis. Probatur primùm quia dilapidando & persequendo regnum se opponit contra rempublicam & bonum commune de directo, & consequenter est hostis & perduellio, ut l. finali. §penult. ad literam ad legem Iuliam maiestatis [Dig., 48, 4, 11], & l. quos nos, de verb. signif. [Dig., 50, 16, 234]. Secundum probatur l. i & iii., ad legem Iuliam maiestatis. [Dig., 48, 4, 1 & 3 or Cod., 9, 8, 1 & 3]. Hinc dicitur, qui nostra tollit inimicus est, facit l. propter

## SECOND TRACT

§2.2.7.3a *Because the killings of the brother and palace officials, the seizing of villas and goods of the king, and similar things are inimical and hostile acts, those doing those things are considered to be enemies.*

---

litem., D. de excusat tutorum [Dig., 27, 1, 24] cum concordan., ubi patet quod praesumitur contra eum qui movit litem de hereditate vel magna parte bonorum. Praeterea & talis est infidelis domino suo, ut in c. i. de not. fideli. [Lib. Feud., II, 7], ubi patet quòd infidelis est vasallus domino suo nisi iuvet eum ad conservandum bona sua & deperdita recuperandum, non enim bona domino conservat qui illa dilapidat atque rapit. Caeterum qui aufert aliqui sua, illum occidere dicitur, hinc Ecclesiast. xxxiv. [Ecclesiasticus, 34, 26]: Qui aufert panem in sudore est quasi qui occidit proximum.

§2.2.7.3a Confirmatur praedicta, quia necare fratrem & officarios palatinos, & occupare villas & bona regia & similia, sunt actus inimicorum & hostium, igitur talia agentes inimici & hostes sunt censendi, quia ex dictis & factis agnoscimus hominem qualis sit, ut l. his qui. de tut. & curat. [Dig., 26, 5, 13] hinc dicitur: A fructibus eorum cognoscetis eos, Machab. vii. [Maccabees, 7, ?] & alibi enim eorum solertiam & circa missiones nostras fidem ex multis rerum argumentis, id est rebus eo[42r]rum et actibus et negotiis cognoscimus, ut habetur in proemio Instit. [Inst., Proemium] et Proverb. xxvi. [Proverbs, 26, 24]: Labiis suis intelligitur inimicus quum in corde tractaverit dolos; & alibi: In studiis intelligitur puer si munda & recta sunt opera eius, Prover. xx. c. [Proverbs, 20, 11]. Insuper dicitur dux auxilium regi non contulit contra regem Angliae antiquum eius hostem, & regni occupatorem, quinimo regis agmina impedivit, igitur, etc., qui enim succursum debitum contra hostes recusat, hostis censetur, argu. l. necare, de lib. agnoscen. [Dig., 25, 3, 4]. Proditor etiam est, qui eritatem & dominum suum non defendit, xi. quaestione iii, nolite [Decretum, II, 11, 3, 22], iuncto c. de forma. in xxii. quaest. v. illud [Decretum, II, 22, 5, 18]: Maledicte habitatoribus terrae qui novenerunt in auxilium domini, Iud. 5 [Judges, 5, 23]. Quum igitur dictus dux praedicta fecerit, ac agentium complex, fautor & mandator fuerit, consequenter regis & unigeniti eius hostis notorius, capitalis inimicus, esse apertissimè demonstratur. Quod autem dictus dux sit regis unigeniti domini Dalphini illustri hostis & inimicus, duo probant evidenter: unum, quia hostiliter & per guerram illum prosequitur, igitur eius hostis, ut l. hostes, de capti. & postli. redem, [Dig., 49, 15, 24] et ibi, Si egressus fuerit ad pugnam contra inimicos tuos, Deuteron. xxi. c. [Deuteronomy, 21, 10] aliud, quia illum ut regem regnum gubernare & sibi obedire non permittit. Igitur eius hostis est & capitalis inimicus, iuxta illud quod scribitur Lucae, ca. xix. [Luke, 19, 27]: Inimicos meos (qui noluerunt me regnare super se) adducite huc, etc.; & id quod dicitur: Inobediens est & incredulus filio, non habebit vitam, etc., sed ira Dei super eum, Ioan. iii. [John 3, 36] & ille hostis meus, qui directò contra me & factum se opponitur, ut l. fi. ad le. Iuliam Maie. l. i. [Dig., 48, 4, 1], 1. quod

## SECOND TRACT

- §2.2.7.4 *4<sup>th</sup> conclusion. He who kills or does harm to others offends not only them but also their friends.*
- §2.2.7.5 *5<sup>th</sup> conclusion. Those who kill or do harm, and their confederates, incur the enmity not only of those they hurt but also their relations.*
- §2.2.7.6 *6<sup>th</sup> conclusion. The aversion aroused in the relatives of the murderers by the acts of their kin is much less than the aversion aroused against the murderers among the relatives of the victims.*

---

nos., de verb significa. [Dig., 50, 16, 234].

- §2.2.7.4 Quarta conclusio, quòd faciens necari aut offendens in persona vel bonis aliquos, offendere nedum illos dicitur, sed & quoscunque de offensorum cognatione. Probatur conclusio, nam eisdem consanguineis propterea datus aliquando vindicandi facultas, ut l. raptores, C. de sacrosa. eccle. [Cod., 1, 3(6), 50(41)] ubi dicitur consanguineis virginum & mulierum Deo dedicatarum, raptorum datur propria interficiendi facultas, & ex his gl. dicit in l. lex Cornelia, de iniu. [Dig., 47, 10, 5], quia iniuria uni de cognatione illata, toti illata videtur cognationi, ut ibi: Quamobrem Abraham vindicavit rapinam in Loth fratrem eius. Gen. cap. xiv. [Genesis, 14, 14] Et Simeon & Levi raptum Dinae sororis suae raptoribus interfectis, Genesis cap. xxxiv. [Genesis, 34, 25].
- §2.2.7.5 Quinta conclusio, quòd huiusmodi necans vel offendens & complices nedum offensorum, sed & consanguineorum inimicitias incurrunt & odium cùm omnes offensi censentur. Probatur conclusio Gen. xiv. et xxxiv. [Genesis, 14, 14 & 34, 25]. Hinc scribitur ii. Reg. xiii. [2 Kings, 13, 32]: Solus mortuus est, quia in odio Absalon erat positus ex die quae oppressit Tamar sororem eius. Caeterùm haec molientes actus egeunt contra eos odii & inimicitarum productiones, igitur & inimici censentur, quia posita causa, ponitur effectus, ut l. indignum, de his qui. ut indig. [Dig., 34, 9, 3], iuncta l. si inimicitie, D. 1 titu. [Dig., 34, 9, 9] ubi patet quòd ille indignus dicitur qui egit talia ex quibus indignationes & inimicitiae solent exoriri.
- §2.2.7.6 Sexta conclusio, quòd nedum consanguineis interfectorum contra interficientes & complices, sed etiam ab interfecto & fautoribus contra consanguineos offensorum, odia gignuntur & inimicitiae capitales. Probatur conclusio, quia in his est relatio sicut & inter annos capientes offensores ne per consanguineos offensorum exterminentur per iustitiam illorum ad exterminium iniugulant indefensae, unde dicitur Ezechiel xxvii. [Ezechiel, 17, 13-14]: Sed & fortes terrae tollet [42v] inimicus rex Babylonis, ut sit regnum humile & non evellatur ab eo, sed custodiat illud, etc. Sicut & Abimelech occidit septuaginta fratris eius, ut sibi non adversarentur

## SECOND TRACT

§2.2.7.7 *7<sup>th</sup> conclusion. Persons of all station and condition of life feel revulsion towards those who commit or knowingly command murders and rapine, or commit acts of tyrannical and criminal nature.*

§2.2.7.8 *8<sup>th</sup> conclusion. The impious and iniquitous detest the just and good.*

---

quominus regnum obtineret, Iudicum ix. cap. [Judges, 9, 56] potest, & Athalia omne semen regium interfecit, ne quispiam eam impediret quin regnaret, ut habetur iv. Reg. xi. [4 Kings, 11, 1], sicut et rex Babylonia omnes sortes terrae occidit, ut regnum humile obtineret & nemo sibi resisteret: Ezechiel. decimo septimo [Ezechiel, 17, 13-14]: Sic & isti facerent ne consanguinei & amici offensorum offendentes persequerentur per iustitiam aut aliter. Quoniam autem dictus dux sive crudeliter occidi fecisse dicitur fratrem regis & connestabularium Franciae, comitem Armagniaci & cancellarium, ac multos alios viros clarissimos nobilesque clericos, burgenses & alios infiniti numeri diversis temporibus, & quoslibet captos qui obedientes regi & domino illustri Dalphino existebant, & horum mandator & fautor sequitur, quòd odia & quòd capitales inter dictorum necatorum amicos, affines & consanguineos numeri magis infiniti contra dictum ducem, & econtrà inimicitiae sunt exortae se mutuo odien. & consequenter innumrosi emuli, inimicique existunt.

§2.2.7.7 Septima conclusio, quòd quicumque proceres utriusque status & conditionis, & probi virtuosique iusti homines & optimates ex sibi inhabenti conditione odiunt quaecunque vitia rapinas & opera tyrannica & crimina universa reorum, actores, mandatores conscios & fautores huius. Probatur conclusio per illud Psal. [Psalms, 5, 7]: Odisti omnes qui operantur iniquitatem, etc.; odio iniquos habui, etc. [cf. Psalms, 24, 19]; & illud Psal. [Psalms, 138, 22]: Perfecto odio oderam illos, etc.; & Prover. 29 [Proverbs, 29, 27]: Abhominantur iusti impium, etc.; & qui custodiunt legem contra impius incenduntur, Prover. xxviii. [Proverbs, 28, 4]; Et altissimus peccatores odit, Ecclesiastici xii. [Ecclesiasticus, 12, 7], quae intellige in quantum tales, non in quantum creaturae sunt, ut lxxxvi distinc. c. odio. [Decretum, I, 86, 2] & ideo notantur dicit text: Iniquos, impium, peccatores & desidium enim iustorum iudicia, Prover. xi. [Proverbs, 11, 30-31?].

§2.2.7.8 Octava conclusio, quòd impii quicumque & iniqui ex sua perversa conditione detestantur & odiunt intenso odio quoscumque iustos & optimos, praecipuè aequitatem illorum exprobantis. Probatur conclusio Prover. xxix. [Proverbs, 29, 27] ubi dicitur, abhominantur impii eos qui in recta sunt via. Et alibi, Detestantur iniusti eos qui fugiunt mala, Prover. xiii. [Proverbs, 13, 19]; & ambulans recto itinere & timens Deum despicitur ab eo qui iniusta graditur via, Proverbio. xiiii. [Proverbs, 14, 2]; hinc veritas in Evange.: Eritis odio omnibus hominibus, scilicet, infidelibus propter me, Math. x. [Matthew, 10, 22], & praecipuè perversi odiunt iniquitatem eorum exproban. etc., & quòd non amat pestilens illum qui eum corripit, nec qui ad sapientes graditur, Prover. xv. [Proverbs, 15, 12]; Stultus enim, id es sceleratus, non recipit verba prudentiae nisi dixeris, quae

## SECOND TRACT

§2.2.7.9 9<sup>th</sup> conclusion. *Governing is not invested in the enemies of the king, but taken away from them.*

---

versantur in corde eius, Prover. xviii. [Proverbs, 18, 2]. Ex quibus sequitur quòd quum infiniti sint iusti, probi & virtuosus homines utriusque status in regno, consequenter infiniti sum detestantes scelera saepe dicta, homicidia, rapinas, extortiones, & cuncta crimina, quorum idem dux actor (ut praedicatur) mandator, complex, conscius et fautor dicitur, & actores & factores illorum, & quò idem dux & complices odio & intentissimo & hostili inimicantur & odiunt optimates, iustos, probos & virtuosos homines utriusque conditionis & status quoslibet totius regni, qui notoriè sunt numeri infiniti, & praecipuè eos qui eidem duci non adhaeret, sed regi & serenissimo eius unigenito obedientes, actus cunctos illius detestantur exprobanes, iuxt. proximi dictas conclusiones & ad oculum patet quasi universo seculo, quia iustos homines regi & eius excelsè unigenito obeditores, idem dux & sui in quacumque parte regni repertos trucidant immaniter, dirripunt, consumunt, lacerant & personas & bona, adeò quòd nobiles personas & claras regni Pharaonis & Herodis pueros, id est innocentes & iustos persequentes extra regnum fugere oportuit in numero copioso. Sicut & Christus fugit à facie Herodis, ipsum quaerentis perdere, & David à facie Saulis, & Paulus per sportam, ut habetur Actorum ix. [Acts, 9, 25] & i. Reg. xix. & xxvii. caput.

[1 Kings, 19, 10 & 27, 1]

§2.2.7.9 Nona conclusio, quòd inimicis regis regni & eius suppositorum aut dilapidatoribus & consumptoribus non sunt regimina eorum committenda, sed (ut eis interdicta sunt) ab eis auferenda. Probatur conclusio, quia hic solùm regimina huiusmodi aut alia sunt committenda qui affectu sinceræ dilectionis ad regnum sive ad rem committendam sunt accensi, ut habetur in ca. grandi, de supplen. neglig. praelato, libro 6 [Lib. Sext., 1, 8, 2] ibi, examinatae dilectionis etc. Hic dicit lex quòd inimicis non sunt committendae tutelares administrationes pupillorum, ut in confirmando de confir. tutel. [Dig., 26, 3, 8] & l. pater, §fin. de testamen. tutel. [Dig., 26, 2, 4] cum concordan. in eis positus: Si[43r]cut nec amico inimici praesumpti est iudicium committendum, sed prohibitum, ut l. Cornelia, D. de iniur. [Dig., 47, 10, 5] & iuxta id dicit moralis: Omnibus hoc dico, ne se subdant inimico, & propterea testimoniis inimicorum, nec eorum qui cum eis conversantur stari debet, aut fides adhiberi. iii. quaestio, v. accusatoribus et c. accusatores [Decretum, II, 3, 5, 2 & 3]. Et est horum ratio, quia inimicus eius in corde suo tibi insidiatur iugiter, ut in foveam te convertat, sicut enim erramentum eruginat nequitia eius, etsi humiliatus vada curvus, abiice animum tuum, & custodi te ab illo, ne forte conversus inquirat cathedram tuam, & ultra in oculis tuis lacrymabitur inimicus tuus, & si invenerit tempus, non satiabitur sanguine, & si incurrerint tibi mala, inveniens illic compriorem & quasi ad minas suffodiet plantas tuas, ut haec habentur Ecclesiasti. xii. capi. [Ecclesiasticus, 12, 10-12 & 16-18]: Nam quum inimicus submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem sunt nequitiae in corde illius, Prover. xxvi. [Proverbs, 26, 25]; & ideo ab inimicis separate, & ab eis attende, Ecclesiasti. vi. cap. [Ecclesiasticus, 6, 13], quia non absconditur amicus in malis, &

## SECOND TRACT

- §2.2.7.10 *10<sup>th</sup> conclusion. That regimen not be invested in enemies of the kingdom (as said above) applies as well to a king: if belligerent towards members and supporters of the kingdom, he should be driven out because he is not a king but a tyrant.*
- §2.2.7.11 *11<sup>th</sup> conclusion. Not only those hostile to the kingdom but also those who are mistrusted should be barred from ruling and expelled.*
- §2.2.7.12 *12<sup>th</sup> conclusion. Regimen should not be given to quondam enemies with whom one has become reconciled.*

---

propterea non credat inimico tuo in aeternum, Ecclesiasti. xii. cap. [Ecclesiasticus, 12, 8 & 10]. Et ideò natural est inimicorum & suspectorum dominium & iudicium declinare, iii quaest. v, c. quod suspecti [Decretum, II, 3, 5, 14]. Quis enim auderet vel qua ratione aliquis audite tenetur alicuius iubire iudicium & se in hostium sinu reponere, ac ad mortem per violentam iniuriam, non per iustitiam inferendam ultroneum se offerre? Haec quidem iure timentur, haec de more vitantur, haec humana fugit ratio, haec abhorret natura, ut in cle. pastoralis, de re iud. [Clementines, II, 10, 2] nam qui quum invenerit inimicum suum dimittet illum in via bona? q. d. nullus, i. Reg. xxiv. cap. [1 Kings, 24, 20].

- §2.2.7.10 Decima conclusio, quòd nedum inimicis regimina non sunt committenda (ut supra dictum est) quinimò si rex aliquis inimicaretur membris & suppositis regni, esset ab eo auferendus ut est text in c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2], pro quo c. alius xv. quaest. vii. [Decretum, II, 15, 7, 3] et est ratio, quia tunc non est rex sed tyrannus, quia cui non insunt propria alicuius dignitatis, nec in eo esse debet illa dignitas, ut l. decernimus, de episcopis & clericis [Cod., 1, 3(6), 27], pro quo ea quae dicta sunt suprà.
- §2.2.7.11 Undecima conclusio, quòd nedum inimicis sed nec suspectis sunt regimina & administrationes aliquae committendae, sed tollendae & auferendae. Probatur conclusio, nam à suspectis tutoribus tolluntur & interducuntur administrationes, ut l. eum qui [read: quem] [Cod., 5, 43, 7] & per totum titu. D. de suspec. tuto., C. & D. [Dig. 26, 10 & Cod., 5, 43.], Et pariter iudicibus interdicitur administratio iudicialis, ut l. apertissimi & l. fina. C. de iudi. [Cod., 3, 1, 14 & 16] & c. suspicionis, de offi. de lega. [Decretales, I, 29, 39] & c. quum speciali, de appellatio [Decretales, II, 28, 61], & c. quod suspecti, iii, q. v [Decretum, II, 3, 5, 14].
- §2.2.7.12 Duodecima conclusio, quòd nec inimicis reconciliatis sunt regimina committenda. Probatur conclusio quia remanent reliquia odii prioris, argu. l. fina. de decu. [Dig., 50, 2, 14] & l. un[i]us, §servus, de quaestioni. verb. [Dig., 48, 18, 18 (§6)], servus non torquetur contra priorem dominum suum in memoriam prioris domini, sic hic in memoriam offensae seu odii., pro quo gloss. iii., quaest. v., c. accusatores [Decretum, II, 3, 5, 2], hinc dicitur quòd talis est amicum solo nomine & nonne tristitia eius usque ad mortem, nam plerisque praesumptio est nequissima cooperiens aridam malitiam & dolositatem illius ad tempus se ad inimicitiam convertem, circundans in oblectionis & die tribulationis adversarius erit, ut haec habenter Ecclesiasti. xxxiii. [Ecclesiasticus, 33, 24]. Et hoc ex eo quòd plerisque homines iram conservant, hinc dicitur Ecclesiast. xxviii. [Ecclesiasticus, 28, 3]: Homo homini serviat iram, quia caro est, callidi enim dissimulant iram & odium ad rempus, iuxta illud Proverbio xii. [Proverbs, 12, 16]: Qui autem dissimulat contumeliam, callidus est, & ideò inimico reconciliato nemo est committendus, & haec maximè vera sunt



## SECOND TRACT

- §2.2.8.0            *The following conclusions are set forth in respect to the 8<sup>th</sup> charge against the Duke of*  
§2.2.8.1            *1<sup>st</sup> conclusion. The exercise of public office should not be entrusted to anyone who is ambitious*  
*to rule, but rather to him who takes it to be a duty to do so.*
- 

in eo que fidem & pacem iuratam violare consueverit, talli enim quantumcunque reconciliato non debet aliquis se credere, fidem illi adhibendo. Hinc dicitur Ecclesiastici xxxiv. [Ecclesiasticus, 34, 4]: A mendace quod verum dicitur? q.d. nullam. Et alibi: Nec eis est credendum qui fidem veritatis à se abiecerunt, ii quaest. vii., non potest [Decretum, II, 2, 7,23]; & quia praesumitur quòd ultimus fidem vel amicitiam praemissam non servet, xxii. quaest. v., parvuli. [Decretum, II, 22, 5, 14] & ibi not. suspectissimus enim quis est ex retrogestis, ut c. mandata, extra de praesumpt. [Decretales, II, 23, 6] & actibus praesentibus ut l. is qui, de tutor & curat. da. ab his [Dig., 26, 5, 12], & ex eo quòd crassatus egit sordidè vel aliquid intercept de rebus de quarum administratione agitur, ut l. iii., §nunc videamus, de suspect. tutor. [Dig., 26, 10, 3], et quia semel malus, semper, etc., ut in regula. semel. hinc dicitur Hierem. ix. capite [Jeremiah, 9, 4]: Unusquisque se à proximo suo custodiat, etc. in ore suo pacem cum amico suo sic reconciliato loquitur, & occultè ponit infidias. Profecto, quum dictus dux (ut suprà praedeclaratum est) sit & fuerit odiosus & inimicus regis & inclyti sui unigeniti domini Dalphini ac duci Aurelianensis & aliorum comitisque Armagniaci & aliorum multorum spectabilium baronum, nobilium, virorumque ecclesiasticorum, clericorum, burgensium, mercatorum & aliorum innumerabilium procurum & optimatum regni, quorum notorium ex factis & dictis personarum & bonorum tyrannicis & crudelibus consumptionibus & in maioribus perpetrands, si facultas sibi & suis adesset (quod Deus [43v] advertere dignetur) sequitur apertè quòd regimine quocunque regni & in regno est ipso iure nudatus, non idoneus, repulsus & indignus & repellendus foret, etiamsi (quod absit) regimen aliquod obtinisset, per proximè dictas conclusiones & pariter dicendum, etiamsi pacem iuratam faceret vel offerret attento potissimè, quia pacem & fidem olim saepe per eum iuratas violavit & instruxit, inde neces graviores patrari faciendo<sup>†gl</sup> & ideò in eo nullatenus usquam fides habenda, quum praesumatur ex retrogestis quamcunque fidem & pacem promittendam eundem violaturum, quum facultas sibi adesset iuxta dictas & promimè dictam conclusionem, nam semel malus etc., ut in regu. iuri semel, & l. si cui §iisdem, de accu. [Dig., 48, 2, 7].

- §2.2.8.0            Octavus effects proponitur contra eundem ducem, videlicet quòd propria temeritate, absque potestate, institutione, mandato, vel dispositione se intrusit vi armata & tyrannica administratione regni, tam per se quàm suos complices, etc, circa quae pone sequentes conclusiones.
- §2.2.8.1            Prima conclusio, quòd ad regiminia & officia publica nullus potest nec debet admitti voluntarius aut ambitiosus, sed ad illa debet vocari & imitari, ut Aaron, aut honorem quempiam sibi ipsi nullatenus assumere, ita quòd aliter est indignus. Probaturs conclusio per c. qualiter, de elect. [Decretales, 1, 6, 17], ubi



## SECOND TRACT

- §2.2.8.2            *2<sup>nd</sup> conclusion. He who strives to gain direction in a public or private institution by bribery or other devious means is most suspect and unworthy.*
- §2.2.8.3a            *3<sup>rd</sup> conclusion. He who takes upon himself the exercise of any public power by sheer force and without warrant, not only makes himself most unworthy but also loses any right which he may have had in that dominion, and ought to be deemed a thief and brigand.*
- §2.2.8.3b            *Burgundy's crime is threefold: first by making open war against the king, second by capturing the queen, third by invading Paris, capturing the king, killing royal officials, seizing the royal seal and claiming to rule with the consent of the king.*
- 

haec est conclusio textualis, hinc lex: omnis ambitus debet esse sepositus, ut quaeratur cogendus abscedat & imitatus effugiat., et infra: Porrò indignus est nisi ordinetur invitus, ut haec habentur in l. si quemquam de episc. & cleric. [Cod., 1, 3(6), 29], & alibi scimus eiusmodi viros ad regendas provincias admitti, qui ad honorem huius insignia non emulatione vel pretio, sed probatae vitae testimonio solent promoveri, etc., ut l fin. ad legem Iuliam repetun. [Cod., 9, 27, 6]. Caeterùm Christus non seipsum clarificavit ut pontifex fieret, sed eum clarificavit qui ad eum est loquutus "filius meus est tu," ut haec habentur ad Hebr. v. cap. [Hebrews, 5, 5].

- §2.2.8.2            Secunda conclusio, quòd quicumque publicam administrationem aut privatam ambit, vel affectat, pecuniam pollicendo, aut aliter eam procurando ut habetur, eo ipso est suspectissimus & indignus. Primum probatur per l. tam. C. qui administr. non poss. [Cod., 4, 30, 12], quae loquitur in publica, loquitur de privata. Secundum probatur per l. si quanquam, de episcop. & cleric. [Cod., 1, 3(6), 29], iuncta l. fin. ad legem Iuliam repetun. [Cod., 9, 27, 6], ubi patet textualiter quòd indignus est nisi invitus & non ambitione pretio sed laudabili vitae approbatae testimonio assumatur, pro quo in authent. ut iudic. sine quoquo suffra. per totum [Authen., Collat. 2, tit. 2, Novella 8] & l. ii. de murileg. [Cod., 11, 8,2] & l. 1 de decu. [Dig., 50, 2, 1], l. ii. de re milit. [Dig., 49, 16, 2].

- §2.2.8.3a            Tertia conclusio, quòd quicumque se intendit violenter & sine licentia potestate alicui administrationi publicae, nedum se ea reddit indignissimum, sed omne ius (si quod in ea vel ad eam habuit, vel haberet) perdit, sive amisit ipso iure & debet ut fur & latro censi. Probatur primum per c. eum qui. de praebend. libro vi. [Lib. Sext., 3, 4, 7], et xvi. q. vi., placui [Decretum, II, 16, 6, 2] t, ubi dicitur quòd qui dignitates vi occupat privatur ipso iure quod in eis vel ad eas ei competeat, pro quo l. si quis in tantam, unde vi. [Cod., 8, 4, 7]. Secundum probatur Ioan. cap. x. [John, 10, 1]: Qui non intrat per ostium, fur est & latro; hic dicit l. si quis [Cod., 8, 4, 7], sine nostro imperio ad aliquem usus fuerit pervenire militiam, non solùm ea privari, sed etiam viginti libras auri pena se subiici agnoscat., l. fina. de offi. magi. officio [Cod., 1, 31(34), 5]. Et intellige militiam armatam, vel inermem, pro quo l. iii., de agen. in re. [Cod., 12, 20, 3], de pala. sa. lar, l. non aliter [Cod., 12, 23, 9], l. neminem, de re milit. [Cod., 12, 36, 17].

- §2.2.8.3b            Quum verò dictus dux per enarratas machinationes evidenter iniquas se intruserit regimini huius pluribus confictis & commen[44r]tis dicendo se primo potentem & consanguineum regis bellum

## SECOND TRACT

§2.2.8.3c *Iniquitous in and of itself is the issuance by the duke of deceptive memos justifying his iniquitous deeds.*

§2.2.8.3d *On the deviousness of the duke's claim to have authority as a lieutenant of someone (i.e., the queen) who is his captive.*

---

publicum hostile adversum contradicen. faciendo. Secundo, capta regina & adducta per eum ab urbe Turonensi asserendo minus bene illam diutius ante fuisse per regem locumten. eius irrevocabiliter conscientiam, regimen hoc usurpavit. Tertio, post neces & strages Parisius perorandos dominorum illustrium conestabulariorum comitis Armagniaci & cancellarii & aliorum collateralium & palatinorum officiariorum regionum capto rege amente, & sigillis eius, & de suis gentibus novis constitutis propria auctoritate officiaris inlyto domino Dalphinos & aliis optimatibus profugis propter stragem huiusmodi Parisium per Burgundos suos multis contractan, diebus invisus est sub nomine regis amentis, & per eum capti & detenti regni regimen obtinere, illud aferens vi armata & hostili illustri domino Dalphino regis unigenito cui soli (ut in primo tractatu dictum est) suo iure spectat, & non dicto duci per literas quamplur regio sigillo hostiliter subrepto sub regis dementis nomine suorum horribili strage damnabili officiariorum & sui magni consilii consiliariorum trucidati consili sigillatas, multa praecepta facere nitendo sic sub his varietatibus pro dolosis illud hostiliter occupando regimen, sequitur quòd ad gubernationem huiusmodi nedum suspetissimus & indignus sed ad eam fur & latro amittens ius quodcunque, si aliquod apud illud regimen sive in eo sibi competisset.

§2.2.8.3c Porro varietas horum confictorum commentorum evidentem dicti ducis perhibet iniquitatem, varietas enim nihil aliud est quam iniquitas, id est iniquitatis latentis demonstrabilitas, ut l. si quis, C. de reg credit. & modo iuran. [*Cod.*, 4, 1, 11] cum gloss. sua super verbo iniquitatem, ibi enim l. variationem iniquitatem appellat, & ideò de iure omnis varius (ut iniquus) procul pellitur, ut l. in cau. [*Dig.*, 3, 3, 27], cum concord. ibi positus de procuratorib. Dominus enim dux in his, ut viae regiae nescius, per diverticula suberrans ab omni deviavit veritate, quum enim regendi auctoritatem praesumpserit, dicens se consanguineum regis & ducem potentem à vera veritate deviavit, quum nec potentia nec regia consanguinitas sibi in hac parte suffragentur, praesertim attento quod dominus Dalphinus eo & quocunque alio in his potior cunctos repellit, ut declaratum est suprà in principio in hoc tractatu in prima parte, tum quia consanguinitas nihil potestatis confert ipso iure, ut declaravi in dicta parte, tum quia inter omnes reges consanguineos ipse est cunctis posterior genitus à posteriori. Descende enim à ducibus Aurelianen. Andegaviae, Bituriae, ipsum praecedunt, Tum quia plura eum repellunt, ut proximè dictum est.

§2.2.8.3d Profecto diverticulum est a vero quod asservit reginam per eum captam fuisse diutiùs irrevocabilem locumtenen. constitutam, quo tamen non asserverat antea quando non esset in eius captiva potestate, minusque etenim fuit locumtenens instituta, nec fuisset irrevocabiliter, imò ex natura cuiuslibet

## SECOND TRACT

§2.2.8.3e *Evil deeds committed by the duke in Paris against the corps of royal officials is analogous to the destruction of the royal kin of Israel by Abimalech.*

---

huiuscemodi potestatis & mandati est inhaerens revocabilitas, ut l. iudicium solvitur, de iudiciis [Dig., 5, 1, 18]. Et praesertim quum nullum versetur revocati interesse, igitur etc., pro quo Institut. mandati., §penultimo [Inst. 3, 26], iuncta l. si pecuniam, tertio responso, de condict. ob causam [Cod., 4, 6, 4]. Sic quod nec peccatum in oppositum valet, quia contra naturam huiusmodi mandati vel potestatis, ut l. quum precario, de precar. [Dig., 43, 25, 12] ubi pactum factum quòd non liceat revocare precarium, cui ex natura inest revocabilitas non valet quia contra naturam precarii, similiter secundum Bart. [PENDING] ibi, non valet pactum [44v] factum cum procuratore, quod non liceat illius revocare. Nam revocabiliter inest ei ex sua natura. Nemo enim dubitat, quinetiam de iure & inconcussa consuetudine locumtenentis, possint ex consueta natura locumtenentiarum revocari, sicut officiales episcoporum & alii revocantur ad simplicem voluntatem constituentium, ut l. iudicium. [Dig., 5, 1, 18] & aliis allegat. Igitur minimè, quum ex lege & consuetudine talis fit omnis locumtenentiae naturalis conditio, sequitur quòd ex pacto & aliter sit impossibilis irrevocabilitas, ut l. quum precario [Dig., 43, 25, 12], & l. ubi, cum [gloss.] ibi notatis, de donat. caus. mort. [Dig., 39, 6, 27]. Nam ex quo donatio & esse locumen. dependet à voluntate concedentis, igitur non potest sibi legem dicere, ne illam possit revocare ab ea discedere, ut l. si quis, in prin. de leg. iii. [Dig., 32 (De leg., lib. 3), 22], ubi textualiter legitur haec ratio, hic est, quòd si testator vellet legem dicere quod testamentum revocari non posset, hoc est impossibile, quia esse testamenti & eius duratio à voluntate illius subsistit, ut d. l. si quis. [Dig., 32 (De leg., lib. 3), 22]. Porro quo fortius est nec regimina posset locumtenen. nec regni administratrix institui, nam quum de iure regni potissime consuetudinatio non possit mulier in regno succedere, nec consequenter alio modo regni regimen obtinere, pro quo l. femine, de regu. iur. [Dig., 50, 17, 2], iuncta l. scire, in prin., de tuto. et cur. da. ab his [Dig., 26, 5, 21]. Postremò magis à via regis devians suberravit dux memorans, violens imò, & de facto attemptans sub nomine regis regnum gubernare perpellendo, recedens à prioribus confictis commentis sui primo & regiminis velamine.

§2.2.8.3e Secundò, ad habendum regimen praesusceptis, quis enim diceret quin idem dux affectionis de ordinataevelamine de malo in deterius suum affectum transilierit velamentum, quum per horrendam stragem sui Parisius per continuos dies connestabularium, supremos officarios aliòsque palatinos & collaterales regios consiliarios & clarissimos plurimos, ac nobiles seculares & ecclesiasticos numero copios perimentis, dictum illustrem unigenitum, & superstites regi fideles in fugam coegerunt, solum regem dementem cum sigillis eius & dicti unigeniti sub his cruentis & sanguinolentis impressionibus & violentiis omnibus regiis fidelibus & consiliariis ibi repertis & peremptis aut profugis captivum detinentes sub illius à vero iudicio aliena nomine cum furtivis sigillis praefertur per exhorrenda homicidia, violenter literas sigillando officarios et suis complicibus devientes, & regni infideles loco necatorum fidelius &

## SECOND TRACT

§2.2.8.4 *4<sup>th</sup> conclusion. Notwithstanding that an imposter can greatly affect the condition of the kingdom in the ways just set forth, he is not head of the kingdom, does not have any governance in it, and whatever regimen he may have gained should be taken from him.*

---

profugarum, sua praesumptiva audacia sublimantis; sed talia sic tyrannia omnium carent robore firmitatis, ut l. decernimus, de sacrosanct. eccles. [Cod., 1, 2(5), 16(15)], quia violentia in textu dicta ipso iure esse solent, ut l. ii. D. de iud. [Dig., 5, 1, 2] haec enim veraciter gestis Abimelech & Athaliae similia procul dubiò dignoscuntur qui exterminato semine regis, regni regimen usurparunt per aliquae tempora retinen. sed non diu rerum creatore piissimo talia usurpata sistere sinente, ut haec habentur Iudic. ix. [Judges, 9, 5ff] & 4 Reg. xi. [4 Kings, 11, 1], rex et enim eum per amentiam diutius & nunc (proh dolor) praepeditus cum absentis loco vel mortui de iure habeatur, ut l. 2, §penult., de iur. cod. [Dig., 29, 7, 2] & nulla sit eius voluntas, ut ibi & in l. furiosi, de regul. iur. [Dig., 50, 17, 41], nullam auctoritatem praebuit nec patrat literis & aliis sic eius nomine gestis, & minus sigilla sic per immania occupata & furiva illam praebent. auctoritatem, imò tales literas sub nomine regis carentis voluntate ac consilio & suis consiliariis & officariis exuti describentes sigillatisque literis utentes crimen falsi committunt, & eadem literae falsae ab omnibus sunt censendae, quoniam contra veritatem [45r] continent & prohibent regem & eius consilium sic egisse, Igitur, etc., ut haec evidenter probantur in l. i., §qui rationibus & l. ii., l. leg. Cornelia [Dig., 48, 10, 1 (§4) & 2] in utraque patet D. [de lege Cornelia] de fal. [Dig., 48, 10], ubi patet quòd qui contra veritatem aliquid scripserit, signaverit vel sigillaverit, l. Cornel. de fal. [Dig., 48, 10], [ut falsarius tenetur](#).<sup>†gl</sup> Idem si alieno sigillo contra aut praeter voluntatem (cuius est) sigillaverit vel signaverit, ut l. 1, §qui rationibus [Dig., 48, 10, 1 (§4)] alleg. & l. quae veluti, C. eod. tit. [Cod., 9, 22, 13] & apertè gloss. [xix. dist. in memoriam](#) [Decretum, I, 19, 3]. Idem dicendum est in utente, ut l. maiorem & l. si falsos, C. [ad legem Corneliam] de fal. [Cod., 9, 22, 4 & 8].6r]

§2.2.8.4 Quarta conclusio, nedum quilibet status regni suppositus potest impedire & impediendo opponere, excipere, defendere & poscere ex praedictis & aliis obiectibus, ne idem dux regni aut in regno ullam habeat gubernationem aut regimen, & quòd si habuit aliquo modo ab eo tollatur & amoveatur. Probatur conclusio quia cuiuslibet suppositi valde interest, ut regnum, bonum, virtuosum, fidelem, idoneum & amicum obtineat dominum & habeat in eo toto & qualibet eius parte, ut [§scimus](#) [read: sancimus?] de sanctis. episc. [Authen., Collat. 9, tit. 15(§2?) & c. ex parte, de testi. [Decretales, II, 20, 7], ubi habetur quòd cuiuslibet subditi [interest](#)<sup>†gl</sup> ut idoneum habeat praelatum, & ideò dicit text. quòd ius publicum versatur in magistratibus, sacerdotibus, id est rectoribus & gubernatoribus ecclesiasticis & secularibus, ut l. 1, §ius publicum, de iustit. & iur. [Dig., 1, 1, 1] & consequenter cuilibet de populo competit ius agendi & excipiendi, quum sit publicum & populare, ut l. i. & ii., de popu. act. [Dig., 47, 23, 1 & 2] & quòd ibi not. per gloss. super rubric. & per hoc de pop. actio facit optimè quòd not. Innocent. in c. super. de accusat. [Decretales, V, 1, 6] & l. 1 & sequent., D. de suspect. tutorib. [Dig., 26, 10, 1 et sqq], ubi patet quòd cuilibet datur accusatio contra tutorem de suspecto, quia est publicum interesse auctoritate &

## SECOND TRACT

utilitate, demonstratur autem ex praedictis evidenter quod regimen regni nullo modo pertinuit nec pertinet, nec pertinere potest, ad dictum ducem aut alterum quempiam, sed solum ad inclytum regis unigenitum dominum Dalphinum, ut reseratum est in declaratione prima articuli huius tractatus. Insuper in expeditione secundi articuli eiusdem edoctum est dilucidè quòd si aliquomodo potuisset regimen regni ad illum ducem pertinere, ipse ex plurimis sint, & est iure indignissimus et incapax & exutus, ut praemonstratum est. [46v]